ejus magistratus, publicorum jus privatorumque locorum vectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio essent. Ortum autem initium est rei, quod in populo per multos annos incenso neque differri census poterat, neque consulibus, quum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere. Mentio illata ab senatu est, rem operosam ac minime consularem suo proprio magistratu egere, cui scribarum ministerium custodiaeque et tabularum cura, cui arbitrium formulae censendi subjiceretur. Et patres quamquam rem parvam tamen, quo plures patricii magistratus in re publica essent, laeti accepere, id quod evenit futurum—credo—etiam rati, ut mox opes eorum, qui praeessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent. Et tribuni id quod tunc erat magis necessarium quam speciosi ministerii procurationem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haud sane tetendere. Quum a primoribus civitatis spretus honor esset, Papirium Semproniumque—quorum de consulatu dubitabatur—ut eo magistratu parum solidum consulatum explerent, censui agendo populus suffragiis praefecit ; censores ab re appellati sunt.—LIVY, B. IV., ch. 8.

1. *Tribunos.* What different classes of magistrates of Rome were called by this name? Which is meant here? Which by *tribuni* (*Et tribuni*(*id quod tunc erat*), *etc.*) ?

2. *Haud dubiis consulibus.* Explain.

3. *Parum solidum consulatum.* Explain.

4. Parse, explaining the syntax fully: *differri, operae, futurum, rati, opes, spretus, agendo.*

5. Mark the quantity of the penult of: *censurae, disciplinae, decoris, discrimen, imminerent, evenit.*

6. Distinguish between, decŏris, decōris; pŏpulus, pōpulus, evĕnit, evēnit.

II.

Translate :

Scriberis Vario fortis et hostium
Victor Maeonii carminis alite,
Quam rem cunque ferox navibus aut equis
  Miles te duce gesserit.
Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec gravem
Pelidae stomachum cedere nescii,
Nec cursus duplicis per mare Ulixei,
  Nec saevam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia, dum pudor
Imbellisque lyrae Musa potens vetat
Laudes egregii Caesaris et tuas
  Culpa deterere ingeni.
—HORACE, *Odes*, B. I.

1. *Vario.* Parse. For what work was Varius principally celebrated ?

2. *Maeonii carminis.* Explain the allusion.

3. What poems are alluded to in lines 5-7 ;

4. *Agrippa.* Give some account of him

5. Scan the first four lines, giving the technical name of each.

Translate :

Dianam tenerae dicite virgines,
Intonsum, pueri, dicite Cynthium,
  Latonamque supremo
    Dilectam penitus Jovi.
Vos laetam fluviis et nemorum coma,
Quaecunque aut gelido prominet Algido,
  Nigris aut Erymanthi
    Silvis aut viridis Cragi ;
Vos Tempe totidem tollite laudibus
Natalemque, mares, Delon Apollinis,
  Insignemque pharetra
    Fraternaque humerum lyra.
—HORACE, *Odes*, B. I.

1. *Cynthium.* Who is meant, and why so called ?

2. Write short notes on : *Algido, Erymanthi, Cragi, Tempe, Delon.*

3. *Fraterna lyra.* Why so called ?

4. Scan the first four lines, giving the technical name of each.

III.

Translate :

COR. Nerine, Galatea, thymo mihi dulcior
  Hyblae,
Candidior cycnis, hedera formosior alba,
Quum primum pasti repetent praesepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
  THY. Immo ego Sardoniis videar tibi
  amarior herbis.
Horridior rusco, projecta vilior alga,
Si mihi non haec lux toto jam longior anno
  est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci.
  COR. Muscosi fontes, et somno mollior
  herba,
Et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendite ; jam venit aestas
Torrida, jam laeto turgent in palmite gemmae.